

fides quia Christus est deus filius & semper eternus ex patre.  
& natus ex virgine; Quem quasi giganteum secundum David  
prophetam describit: eo quod bis formis gemineque nature  
vulnus sit: consors diuinitatis & corporis; qui tamquam  
sponsus procedens de thalamo suo exultauit tamquam  
gigas ad curreret via. Sponsus animus secundum  
verbum gigas terra: quia vultus nostrae officia percur-  
rens cum deo semper est aeternus: incarnationis sa-  
cramenta suscepit; Non diuisus sed unus: quia  
utrumque unus & unus in uteroque; hoc est vel diuini-  
tate vel corpore; Non enim alter ex patre alter  
ex virgine sed idem alter ex patre alter ex vir-  
gine; Generatio generationi non preiudicat: nec  
caro diuinitati: quia nec pignus patri: nec volun-  
tas passioni: nec passio voluntati; Idem enim  
patiebatur & non patiebatur; Moriebatur & non  
moriebatur; Sepeliebatur & non sepeliebatur; Re-  
surgebat & non resurgebat: quicorpus proprium susci-  
tabat; Quia quod cecidit hoc resurgit: quod non cecidit  
non resurgit; Resurgebat igitur secundum carnem.  
quem mortua resurrexit: non resurgebat secundum